

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.



74.
87
In solennem

NVPTIARVM

Ritum, ac festiuitatem

Iuuenis, virtute, morumque politic spectabilis,

Dn. ZACHARIÆ SCHVLTETI,

Sponsi;

Et

Leuissimæ, pudicitiaque laude conspicuæ Virginis,

ANNÆ;

Tum prudentiâ, tum rerum experienciâ præstantis Viri,

Dn. JOHANNIS ALBERTI

CASSELMANNI; filia, Sponsæ;

HALÆ SAXONVM XVI. Kal. Decemb.

An. CIO. IO. CII,

celebratarum.

Typis ERASMI HYNITZII





Vlla satis foelix frugi est sine coniuge vita:
Legitimo gaudet summus amore DEVS.
Quid Pellæa tibi profunt sine coniuge regna?
Magnificæ Cræsi quid tibi Regis opes?

Dona DEVS thalami tribuit mortalibus, & nos
Se tanti autorem vult celebrare boni.

A patre dos natisque aliarum copia rerum
Prouenit: instructa his crescit & aucta domus:

Vxorem æternus donat DEVS, & duo iungens,
Esse vnum, fuerant quæ duo, deinde iubet.

Ergo SCHVLTE TO, iuuenis, vir, foemina, plaude:
Iungitur eximio pulcra puella viro.

Candida formosis, est ANNA simillima Nymphis,
Inter honoratas, nomine digna Deas.

Splendida vix similes formâ tenet HALLA puellas,
Quarum præ reliquis agmina rebus habet.

At non sola vigent præciosæ, munera formæ,
Plurima nascenti commoda, stella tulit.

Ingenuum præfers castissima SPONSA pudorem;
Ipse suas laudes fert pietatis amor.

Fortia bella Ducum Nymphis natura negavit
Prouida; nam maribus conuenit iste labor.

Viribus at probitas, pugnisque modestia laudem
Præripit; hæc molli munera digna grege.

Scilicet ANNA animi donis decorata renidet,
Candida cui probitas, mensque modesta placent:

Plaudite SCHVLTE TO iuuenes, vir, foemina, plaude,
Iungitur eximio lecta puella viro.

Tu latare tuo, coniux adamata marito,
In fortunatum, digna venire torum.

Hunc quot virginibus speratum credis amorem,
Quem tamen ex multis vnareperta foues?

A 2

O foelix,

O foelix, patrii foelicioꝝ **A N N A** puellis
 iam tuus eximio coniuge crescit honos.
 Ipse focer genero gaudet, qui grandior annis
 Consilio vestris rebus adesse potest.
 Tarda patris generi releuatur amore senectus,
 Tempore quando frui nomine sperat au.
 Plaudite **SCHVLTE TO**, iuuenes, vir, foemina, plaudite
 Iungitur eximio digna puella viro.
 Pulcra, decus Danais fuerat, Lædea, puellis,
 Externis virgo mille, petita procis.
 At quia rapta fuit, quia diruta mœnia Troiæ,
 Caussa fuit summi, forma superba mali
 iam benè consuluit casto, venus æqua, pudori,
SCHVLTE TO gratam, dans sine clade nurrum
SPONSA nihil Danais cedit, pulcerrima formis :
 Si non Lædea pulcrior, æqua tamen.
SCHVLTE TO gaudet, peregrinis nulla ministrat
 Arma ; puellarum pax decet alma genus.
 Vos docet exemplo patrias **SPONSA ANNA** sorores ;
 Discite sic vni, velle placere viro.
 Certa vagos nunquam non damna sequuntur amores
 Effugiunt pœnas, crimina nulla suas.
 Plaudite **SCHVLTE TO**, iuuenes, vir, foemina, plaudes
 Iungitur eximio virgo decora viro.
CHRISTE, tuas proni duo iam voluntur ad aras
 Legitimè castus, quos sociavit amor :
CHRISTE, precor, stabili connectito pectora, vinclos
 Durat opus, superum si modò numen adest.
 Annuit ecce **DEVS**, iuueni deducite sponsam :
 Hoc celebranda sacro sunt sacra festa die.
 Quilibet adest tædas attollat laude iugales,
 Legitimi & referat commoda mille tori.

Plena

Plena mero positis, stant aurea pocula mensis,
Lætus ut exhausto Nectare, sermo fluat.
Læta Socrus gaudet genero, iam mœsta videre,
Non vult in tota, tristia signa domo.
Adducit Sponso, Sponsam, iubet oscula verbis
Misceat, & nuca iungit utrique manus
Commemorat socij, quid sit concordia lecti:
Quam benè coniunctos, mens regat vna duos.
Ut neque sit coniux, monet, imperiosa marito,
Neue vir imperio durior ipse suo.
Este sacrae memores fidei iurata timete
Numina foecundo crescite ritè toro.
Crescite quò videam seros, moritura nepotes,
Meque nepos tremulam, cernere possit anum.
His non plura canam, deuotâ mente precando,
Isthæc esse DEVS quò rata vota sinat.

*Ioannes Puchbach Iunior
S.S. L.L. Stud.*

ALIVD.

ME iubet ut metris veteri tibi grater amico,
Sponse, diu stabili cognita mente fides.
Me iubet, Adfini metris ut grater amando,
Nostra tuum in thalamum qua venit, ANNA so-
Fœdus amicitiae nostra fundamine cæpit (ror.
Hic, ubi Saxonicum concoquit Hala salern.
Guelphiacis firmo nexu duravit Athenis
Postea, gramineo floret ubi Elmus agro.
Iuraq; contracti servasti fidus amoris,
Cum caderent omnes penè Parentis opes.
Idem semper eras constanti pectore, & ore;
Nec cum fortunâ mens tua versa fuit.

A 3

Hoe

Hoc magis atq; magis vinculum quò crescat amoris,
Contracti poscunt jura novella gradus.
Ergò, Erato gracili quæ nunc modulatur avenâ,
Accipe disparibus carmina nexa modis.
Fortes Heroum vires, horrentia Martis
Prælia sunt Epicâ condecoranda tubâ.
Pectora qui subitis flammis accendit amantiùm,
Impare laudari carmine gaudet Amor.
Laude vehendus amor meritò est, & carmine dignus;
Hoc te fonte, boni quicquid in orbe, fluit.
Hinc neq; turet icendus eris, qui castus inire,
Sponse, par as liciti dia statuta tori.
Hoc, precor, ingrediare genus fausto omine vitæ,
Dum germana tibi jungitur ANNA soror,
Sed quoniam nihil est felix sine Numine; castâ
Alma Trias vobis est adeunda prece.
Fortunante Deo crescunt feliciùs uvæ;
Cultus & uberius seminare dedit ager.
Quare, Sponse, tibi quò ce dat prospera tæda,
Aureolis sertis tempora vinculus, ades.
Te q; Salinarum Procerum comitante coronâ,
In medio subeas consita Tempora foro.
Aurea quâ rutilis ardent Altaria flammis,
Ut micat astrorum lucidus ordo polo.
Prostratus fac vota tuâ cum conjuge ad Aram,
Devotâ Mystâ vos præeunte prece.
At benè habet, percussa tori sunt fœdera pacti,
Acclamat Sponsis Musica turba novis.
Proceris alii pulsant cavata tempora palmis,
Tympana sunt cytharis, Organa juncta tubis.
Bis duodena canunt alii discrimina vocum;
Nubes, & cæli sidera clangor adit.

Spectas

Spēctatum jam turba ruit, jam tibia flatur
Commotâ Organico Tempia sonore boant.
Egreditur Sponsus, sacris nunc ritè peractis;
Concava sub geminis turribus ara sonant.
Egreditur quinq; Sponsa, viris comitata duobus,
Et longâ duram cyclade verrit humum.
Ecce faces solito pueri duo more jugales
Gestant, contracti conscia signatori.
Nunc igitur Ambo, divinâ lege ligati,
Vivite concordés, dum calor ossa fovet.
Felices, irrupta tenet, quos copula mentis;
Lis neq; conturbat bis repetita die.
Sapè parit magnos rixares parva tumultus;
Ingens de tenui fomite flamma venit.
Ast ubi verus amor, lites procul inde recedunt:
Perpetuâ idcirco vos redamate fide.
Stent potiùs vernis vacui sine floribus horti;
Spumiger & verso gurgite Sala fluat:
Quàm vester mutetur amor; quin omnibus horis
Crescat, & infauſtâ suspitione vacet.
Edat amor fructum; formam, vestrumq; quotannis
Vnâ, dante Deo, prole novate genus.
Hæc rogo pro vobis, vos mecum eademq; rogate;
Efficiente ratas Numine utring; preces.
Sed jam vesper adest, ades umbrantur opacæ,
Pallida nocturnos Luna reducit equos.
Aere ciere pedes, choreasq; accendere caritu
incipit alti sona Musica turba tubæ.
Vos juvenes epulis læti, mensisq; remotis
Surgite; nam rutilant igne micantifaces.
Atq; agili in gy ummanuumq; pedumq; rotatu
Virgineum ad cheires ducite p' cœtra chorum.

Quisq;

Quisq; sibi caram accedat, gestusq; decoros
Obseruet, Nympha quis placuisse queat.
Si data colloqui fuerint quoq; tempora, vitæ
Scurriles turpi rusticitate jocos.
Auribus illarum castâ gratissima linguâ
Qui recitare nequis, tereticere decet.
Grataq; Virginibus cum sint præconia forma,
Illius in laudes, fac, tua verba trahas.
Et merito: quis enim in laudes non iret earum,
Vda quibus dulci melle labella madent.
Frons quarum generosa nitet, seu lilia campo,
Lactæola & referunt alba ligustra manus.
Quid tibi puniceasq; genas, flavosq; capillos,
Cæsia commemorem lumina quidvè tibi?
Ingenium superat res ipsa & pondere versus;
Fæmina multâ adeò laude repletus homo est.
Plumbum hominis, rigidum ipse geris sub pectore cotem,
Qui non tam blandas vis adamare Rosas.
Tot firmosa tenet formosas Hala puellas,
Quot rosa in aprico vere rubere solent.
E quarum numero, juvenili ætate peractâ,
Da mihi, quaeso, unam, si tibi, CHRISTE, placet.
Sic ego felici me dicam sidere natum;
Sic fore magnificum meq; putabo Ducem.
Intereâ tadis quicumq; valete favetis,
Plaudite, proq; novo fundite vota toro.

Constantinus Casselman
Sponsæ Frat.

F I N I S.

№ 1996.

8

U

ULB Halle 3
 002 063 808



Sh


nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 / 1996 /

U 8 17

M

DX



B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

VM
spectabilis,
VLTEI,
vicuæ Virginis,
præstantis Viri,
BERTI
ponsæ
Decemb.
CII,
ITZII

74.

87

